



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Moneta & pecunia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Qui audit Missam publici concubinarij, tunc peccat mort. quando eius auditus est causa, vt ille eam dicat, vel quando scit, vel scire debet esse legem prohibentem id sub mort. secus si excusat ignorantia. num. 6. Et iuste potest parochianus alibi audire Missam & concessionem, quando eius parochus fuerit concubinarius, excommunicatus, denunciatus, suspensus ab ordinibus; aut criminosus notorius. cap. 21. num. 5. §. 3. post medium.

*MONETA, ET
Pecunia.*

Qui falsificat monetam in substantia, pondere, vel forma, aut scienter utitur falsis, peccat mort. & tenetur restituere. Idem de eo qui auctoritate priuata circumcidit, vel attenuat monetam. c. 17: n. 167. 168. qui bona fide dedit alteri pecuniam adulterinam, postquam id rescuerit, tenetur dare, legitimam. num. 8.

Quamvis primus finis pecuniae est empilio & venditio: sunt tamen septem fines secundarij; & qui dat eam, licite potest recipere premium pro eius usu, excepto tamen mutuo & commodato. num. 283. lit. C. & in Nou.

Nou. numer. 287. at qui sex usus hi sunt
cambire, permutare, ostentare opes, &
nare, delectare se eius aspectu, succo eius
medicari. ibid. licitum est commodare pecuniam,
ut detur pignori vel ad ostentationem
divitiarum. num. 226. licitum estas
est pecuniam argenteam pecunia aurea &
contra emere, ac vendere etiam cum luc
ta ibidem.

B Qui habet pecuniam, quae ratione secu
darij usus valet saltem sibi, plusquam rem
etur per legem, quamvis non possit cog
re alium, ut det pro illa maius pretiu
m sit taxatum per legem, potest tamen iuste
accipere. num. 283. lit. C. Nou. 287.

C Moneta est quedam merx, & potest etiam
ut pecunia est, commutari, & excommun
icatione eius lucrum queri negotiando. ibid.
lit. I. Nou. 294. moneta ut merx, est vendi
bilis, non tamen ut pretium est. nu. 283. lit.
F. & in Nou. num. 291.

D Moneta propter octo causas potest val
re pluris vel minoris, quam alia. I. Diuer
sitas metalli. II. Diuersitas bonitatis eiusdem
metalli. III. Diuersitas formarum ac pond
eris. IIII. Diuersitas locorum. V. Reproba
tio totalis, vel partialis. VI. Temporis di
uersitas. VII. Copia, vel defectus. VIII.
Absentia, vel praesentia. Non tamen est suf
ficere

ficiens causa quod citius vel tardius danda
sit, vel accipienda, num. 283. lit. L. Nouo
num. 294.

Premium pecuniae in nundinis augetur vel
minutar propter multitudinem vel pauci-
tatem volentium cambire, per viam tamen
cambij liciti, non tamen illiciti. ibid. lit. K.
Nouo num. 295. pecunia habita ex re vendi-
ta non succedit loco rei venditae. num. 50.

MONIALIS cuiusvis ordinis tenetur
communicare semel in mense. cap. 21. num.
57. dicto. 13.

Possunt moniales accersire aliquam per-
sonam extraneam idoneam, ut dirigat eas
in electione. cap. 27. num. 44.

Monialis quae incidit in censuram Papa-
lem, potest ante moram petendi absolutio-
nem, & post penitentiam communicare, &
choro interesse cum aliis, ne fama eius, vel
monasterij, periclitetur. cap. 27. num. 239.

Qui frequenter inuisit moniales, tunc pec-
cat mort. quando populus inde sumit occa-
sionem murmurandi. c. 14. num. 31.

De ingredientibus claustra monialium,
vide Excommunicatio V I. §. V I I. monia-
les possunt vocare medicos, latomos, fabros
lignarios, & alios ministros ad res neces-
sarias. cap. 27. num. 124. monialis illegitima
non potest esse Prælata per dispensationem
Episco